THVSCIA LAETA
PRO SER.^MI COSMI. II
MAGNI DVCIS ETRVRIAE IIII.

recuperata ſanitate

LVDVS VINCENTII VANNII
Philoſophi, & Medici Piſani.



OMNIBVS VNVS.

PISIS, Apud Ioannem Fontanum, 1618.
Superiorum permiſſu.

SERENISS. COSMO II.
MAGNO DVCI HETRVR. IIII.

Vincentius Vannius Pisanus perfectam & perennem sanitatem precatur.

ELapsis annis (Serenifs. Magne COSME) dum virens exifterem planta te meum orientem Solem floribus fum veneratus, eofq; Serenifs. tuæ Celfitudini obtuli, quos tunc meum incultum ingenium emifit; Theoremata namq; & Phyfica, & Medica fub tuo potentiffimo prçfidio defendere tentaui. Nunc vero, cum te ortum Solem, Præfertim ob adeptam fanitatem afpexerim, tanta me lætitia cæpit, vt contineri minime potuerim, quin eam cunctis patefacerem. Ea propter Ramufculus meæ plantæ infitus hos non fructus, fed flores penè arefcentes protulit, cum enim plantæ humiditas, & ea, quç ipfam fæcundam reddere folent, defuerint, debitos fructus foras emittere non potuit. Accipe igitur grato, ac hilari animo hos flores, quos tibi meo Soli humillime offero. Quemadmodum etenim Sol hunc globum illuminat vniuer-

ſum, ita tuæ virtutes, quæ tam clare in toto terrarum orbe ſplendeſcunt, hos flores illuſtrabunt, & viuificabunt vniuerſos. Scio equidem tibi longe maiora & conuenire, & deberi, attamen, quæ tua eſt animi magnitudo, hos infecundi ingenij mei flores ſuſcipere nō dedigneris, ſpero etenim, ſi tuę benignitatis radij in illud effulſerint, fructus vberrimos tuę Celſitudini Sereniſſimę allaturum, quam D. O. M. diu ſeruet incolumem, & fælicem. Vale Piſis.

THVSCIA.

QVid? vario gaudens resoñat nunc Thuscia cantu,
Et Mare Thirrenum gloria summa Poli;
Exultant, nostis, Tellus, Pontusq; tumescens,
Gens tota in Magno Rege simulq; suo.
Condignum est etenim iubilo pensare dolorem,
In iubilo iubilum, proq; dolore dolor.

APOLLO. FLORENTIA.

HVc cito Castalides, huc nunc properate sorores,
Vos Phæbusq; vocat laurifer, atq; vagus.
Ac resono cantu vestras modulate canoras
Voces, atq; meam ducite crure liram.
Nam Cosmvm Magnum morbi superásse labores;
Tranquillam & vitam cernimus esse sibi
Nunc ideo lętę, nunc gestite, psallite dulces,
Floribus & gratis spargite quæso vias
Sic mea, sic Florentia vobis imperat alma;
Vos igitur blando cingite flore comas.
Et simul ad cantum psallat pes splendidus, atq;
Cum vobis nitidus psallet vterq; polus;
Gaudeat, atq; sua resonet modo voce sonora,
Redditus es sanus Maxime Cosme, vale.

CLIO. PISAE.

HEm venio cantans lauro redimita capillos
Quæ ſit geſtorum gloria magna Clio.
Nauibus atq; mari Turcarum damna triremes
Dant validæ ſemper triſtia, acerba, tuæ.
Sicq, tibi exultant, fælicia cuncta precantur
Cantantes Piſæ, Maxime COSME vale.

CALLIOPES. SENAE.

CAlliopes rutilo affert auro Cosme coronam
Intextam, flauum tu tibi cinge caput.
Et tua, qua gaudet fęlix Etruria pacem
Clara canit crepitans tollit ad astra tuba.
Sic lætę Senæ accedunt, magnumq, fatendo
Te, gaudent, dicunt, Maxime Cosme vale.

THALIA. ARRETIVM.

EN Hederà erranti, ac aurato flore Thalia
Ornata, affert hæc munera parua tibi.
Et ridens psallit, cantat, saltatq; volanti,
Et cadenti sic, ambrosioq; pede.
Arretium gaudet sanum, incolumenq; videre
Te, & claro cantat, Maxime COSME vale.

ERATO. VOLATERRA.

NVnc Erato psallo (lęti comitantur Amores)
Ad te perueniens, ipseq; ducit Amor,
Teq; coronatum cupio hac, quam dono, corona,
Extant atq; rosæ hęc, Gloria, Fama, Decus.
Sicq; Volaterra aduenit, ardens dicit amore,
Sępe genuflexo, Maxime COSME vale.

POLIMNIA. PISTORIVM.

ORnata en gemmis venio Polimnia, quasq;
Quamuis sic videas, debeo ferre tibi
Namq; tuo splendent tam clare in pectore cunctę
Virtutes, sicut sydera pura poli.
Pistorium existo, gaudent quicunq; coloni,
Atq; simul cantant, Maxime COSME vale.

MELPOMENE. CORTONA.

MElpomene accedo iubilans, laudesq; perennes
Sic cantu tollo lucida ad astra tuas.
Atq; meam auro, ac argento iam cedo coronam,
Et cum sis sanus, sit tibi vterq; polus.
Cortona existo, & veneror, semperq; videre
Te cupio lætum, Maxime COSME vale.

VRANIA. POLITIANVM.

VRania eſt hęc, quam cernis, decorata capillos
Stellis, inq; Deum ſic meditatur amor;
Terrea deſpiciens ſolum cęleſtia quæris;
Inq; Deum tantum vertitur omnis amor.
Vrbſque Polita ſimul ſic omnia fauſta precatur,
Atq; tibi cantat, Maxime COSME vale.

EVTERPE. FESVLE.

FLoribus inserta varijs me cingo corolla,
Quam valde exultans offero læta tibi.
Viuificis calamos Euterpe flatibus vrgens
Et cantu comitans, gestio, psallo simul.
Sum Fesulæ antiquę, nostis, vos dicite cuncti
An caniturę sint? Maxime COSME vale.

TERPSICORE. LIBVRNVM.

ET si Terpſicore ſum, non nūgas fero inanes,
Et pennis ornet picta corona caput.
Sum læta, & ſalio, ſummi debentur honores,
Debilis exiſtens non queo ferre tibi.
Cernas nunc quæſo lętum exultare Liburnum,
Quæq; poteſt affert, Maxime COSME vale.

MC